

LES CÉRÉMONIES OBSÉQUIALES DANS L'ANTIQUE LITURGIE DE PRÉMONTRÉ

Le culte des morts remonte au berceau de l'humanité. On en trouve des manifestations chez tous les peuples auprès desquels existe la croyance à l'au delà. Il est particulièrement à l'honneur dans la communauté chrétienne. Au V^e siècle, le grand docteur africain écrit un livre pour rappeler les obligations des fidèles vis à vis des défunts. Il énumère les marques de respect dont il faut entourer leurs restes mortels et s'étend longuement sur la pompe qui doit présider aux funérailles. L'évêque d'Hippone voit dans ces pratiques un réconfort pour l'entourage du disparu, dans les prières et les sacrifices accomplis à sa mémoire un allègement des peines qui lui restaient à expier.

Même les groupements d'ascètes, où l'on entendait observer un renoncement absolu aux séductions de la chair, retinrent en grande estime les cérémonies funéraires. C'est à leur initiative que furent créés les rites émouvants adoptés par l'Eglise pour les obsèques chrétiennes. Au X^e siècle, un moine institue la commémoration annuelle des morts, devenue dans la suite notre fête des Trépassés à la date du 2 novembre.

L'ordre de Prémontré ne demeura pas en retard sur l'œuvre accomplie dans ce domaine au sein de l'Eglise. La codification des rites funèbres entreprise par lui emprunta de multiples éléments aux traditions monastiques. Mais on les disposa dans un ensemble original qui eut la bonne fortune de braver presque seul l'usure des temps. A peu de choses près, le cérémonial en usage aujourd'hui pour les obsèques des chanoines est demeuré pareil à celui que décrivent les livres choraux du XII^e siècle. On y rencontre des prières et des cantilènes d'un effet surprenant, qui ne manquent jamais de remuer l'assistance.

Au cours de recherches faites depuis plusieurs années, j'ai pu réunir une série d'informations permettant d'entrevoir la genèse de ces usages et leur développement durant le Moyen Age.

Parmi les textes recueillis, je citerai en premier lieu ceux empruntés à un diurnal prémontré, en provenance ce semble de l'abbaye de Leffe et datant de la moitié du XII^e siècle ¹⁾. Ils comprennent les *Agenda mortuorum*, c'est à dire les rites à observer depuis l'agonie du moribond jusqu'au moment de la sépulture. Le codex de Leffe ne contient pas les prières et les chants de la messe. Ceux-ci se trouvent dans un missel plénier, avec neumes, quelque peu plus récent, mais toujours du XII^e siècle, conservé à la Nationale de Paris ²⁾.

Grâce à ces monuments, il est loisible de reconstituer le répertoire obséquial, tel que nos pères l'ont établi dès le berceau de l'Ordre. Il débute par les prières pour l'agonie : litanie des saints, psaumes pénitentiels, commendation. Suivent les oraisons avec le répons *Libera* à la levée du corps, trois répons et oraisons pour l'absoute après la messe, six psaumes, antiennes et collectes — dont plusieurs de rechange pour le transfert funèbre et l'inhumation. La cérémonie se termine au cimetière par le chant du psaume *Miserere* avec oraisons pour les fidèles qui y reposent. La messe, *corpore praesente*, nous l'avons dit, figure au missel de Paris. Elle aligne des formules spéciales dont plusieurs ont été abandonnées dans la suite.

A la fin extrême du XII^e siècle, sinon durant les toutes premières années du XIII^e, une mise au point de l'ensemble des rites propres à la congrégation canoniale est opérée. Elle se trouve codifiée dans un ordinaire en provenance de l'abbaye de Scheftlarn, déposé présentement à la bibliothèque de Munich ³⁾. La comparaison de ce traité avec le diurnal de Leffe et le missel de Paris révèle les changements survenus. Ce n'est pas ici l'endroit de nous y arrêter. Bornons-nous à relever les transformations introduites dans la

1) Codex sur parchemin, écrit ce semble vers la moitié du XII^e siècle, mais avec grattages et remaniements postérieurs. Reliure en veau brun, avec le titre : *Manuale Sacerdotum*. Il porte la n. 469 de la série des manuscrits conservés à la bibliothèque municipale de Metz. Il contient, outre les prières funéraires, un collectaire avec *capitula*, un processionnal et un hymnaire. Quelques pièces sont notées in *campo aperto*. Voir plus loin à l'annexe I les textes relatifs à l'*obsequium mortuorum*.

2) Manuscrit 833 du fonds latin comprenant un missel noté sur portée de quatre lignes. Ecriture de la fin du XII^e siècle avec quelques miniatures. J'aurai l'occasion plus tard, je l'espère, de revenir sur ce précieux codex. — Voir plus loin, le texte de la messe obséquiale à l'annexe II.

3) Bibliothèque de Munich, codex n. 17174. Les chapitres relatifs aux obsèques sont imprimés plus loin, annexe III.

liturgie obséquiale. Les chants de la messe sont remaniés. On supprime un répons de l'absoute, on réduit de six à quatre les psaumes chantés au cimetière. Les collectes réparties jadis après chaque psaume sont groupées à la fin de la cérémonie, pendant que l'on comble la fosse. On les porte à sept, alors que précédemment plusieurs servaient de pièces de rechange, donc ad *libitum*. Des indications marginales, placées en surcharge dans le manuscrit de Leffe, se font l'écho de ces innovations. Après les collectes vient s'insérer une antienne empruntée au rite de Cîteaux, *Clementissime*. Au moment de quitter le cimetière, le chanfre choral entonne les sept psaumes de la pénitence. La communauté les récite en retournant à l'église. Là, prosterné sur le pavé du sanctuaire, l'officiant prononce la collecte *Satisfaciat*, qui marque la fin du service. Conformément à la tradition monastique, l'abbé porte la crosse pendant l'absoute et l'inhumation de ses chanoines.

Telle est la seconde étape de l'évolution du rite funéraire, à la fin extrême du XII^e siècle. De vrai, c'est la dernière : les modifications introduites par après ne sont plus qu'accidentelles.

Durant premier quart du XIII^e siècle, on prescrit la récitation de quelques psaumes au chapitre du matin, pendant que la communauté reçoit la discipline pour le défunt avant la messe d'obsèques⁴). Cent ans plus tard, un coutumier de l'église-mère de Prémontré⁵) et une rédaction dite *Novus Ordinarius* précisent le libellé de quelques rubriques demeurées obscures⁶). Au XVI^e siècle

4) Ordinaire conservé à l'abbaye de Grimbergen, datant du début du XIII^e siècle, probablement des années 1228-1236. Le texte relatif aux prières à dire durant le chapitre matinal le jour des obsèques a été inséré dans le paragraphe portant pour titre : *De missa pro defuncto cantanda*. Y parlant de l'office capitulaire on décrète : *in quo, completis que ad capitulum cotidianum pertinent, fratres prostrati ad terram disciplinam recipiant corporalem, dicentes hos quinque psalmos : Verba mea..., Domine in furore..., primum, Dilexi quoniam..., Credidi... ; De profundis... ; sequitur Pater noster... cum collecta Absolve...*

5) Les *Consuetudines ecclesie Premonstratensis* peuvent dater de la fin extrême du XIII^e ou du début du XIV^e siècle. On en trouve le texte, d'ailleurs déficient en plusieurs passages, dans un codex en provenance de l'abbaye de Dilighem conservé à la Bibliothèque Royale de Belgique, Cabinet des manuscrits, n. 3956-60, Texte publié plus loin, annexe IV.

6) Le *Novus Ordinarius* est un supplément à l'ordinaire ancien. Il semble avoir été composé pendant le premier tiers du XIV^e siècle. On en trouve le texte dans un manuscrit en provenance de l'abbaye du Parc, signalé par M. Van Waefelghem, *Le liber Ordinarius d'après un manuscrit du XIII^e-XIV^e s.*, p. 12. Voir le texte relatif à la cérémonie funèbre, annexe V.

paraît dans les livres choraux une bénédiction spéciale à donner au cadavre descendu dans la fosse avant de le couvrir de terre. L'abbé prend en main la croix, signe trois fois la bière en répétant chaque fois la formule : *Cruce Christi signo corpus istud, ut in die iudicii resurgat in parte dextera collocandum* ⁷⁾.

Lors de la réforme liturgique au XVII^e siècle, les rites funéraires échappent comme par miracle au vandalisme des correcteurs. Ceux-ci maintinrent en principe la cérémonie telle que l'avait léguée le Moyen Âge. Quelque psaumes et oraisons disparurent de droite ou de gauche. Là s'arrêta, heureusement, la manie malade et inintelligente des novateurs de bousculer tout ce qu'avait respecté une tradition semi-millénaire ⁸⁾.

Une dernière révision eut lieu en 1935 en vue de la réédition du processional. On avait envisagé de reprendre, dans la mesure du possible, les prescriptions codifiées à la fin du XII^e siècle. Ce pieux dessein n'a pas été réalisé au gré de ses auteurs.

La publication intégrale des sources rassemblées me dispense de faire une description d'ensemble des cérémonies. En parcourant attentivement ces textes vénérables, le lecteur pourra suivre pas à pas l'évolution de l'*obsequium*. Peut-être se demandera-t-il pourquoi l'on n'a pas restauré la formule primitive lors de la récente mise au point de nos rites. Qu'il sache qu'en ce moment le manuscrit de Lefèvre manquait encore à l'appel.

S'il fallait un jour remettre le travail sur le métier, je souhaite que l'on remonte jusqu'aux monuments contemporains à la première codification de notre liturgie.

Bruxelles.

Plac. LEFEVRE.

7) Rubrique transcrite d'une main de la fin extrême du XVI^e siècle sur un feuillet de papier intercalé au fol. 39 d'un missel du XIV^e siècle. Ce missel contient un *Ordo obsequii* fragmentaire, que nous avons signalé ici même, tome IX, 1933, p. 67.

8) *Processionale ad usum sacri et canonici ordinis Praemonstratensis*. Verdun, 1727.

I.

« *Agenda mortuorum* » du XII^e siècle d'après le codex 469 de la Bibliothèque municipale de Metz, en provenance ce semble de l'abbaye de Leffe.

Cum anima in agone sui exitus visa fuerit laborare, conveniant fratres et cantent VII psalmos penitenciales cum Gloria Patri et cum letania.

Litanie.

[martyres] : Lamberti, Foillane, Quintine, Corneli, Cypriani.

[confessores] : Servati, Bertuine, Severine, Remacle, Egidi, Bricci.

[virgines] : Gertrudis, Aldegundis, Walburgis, Oda, Begga, Juliana, Margareta, Perpetua, Felicitatis.

Peccatores, te rogamus audi nos.

Ut pacem ei dones, te rogamus...

Ut veniam et remedium animę ejus dones, te rogamus...

Ut ei misericors misereri digneris, te rogamus...

Ut remissionem peccatorum ei dones, te rogamus...

Ut ad vitam ęternam eum (eam) perducas, te rogamus...

Ut nos exaudire digneris, te rogamus...

Fili Dei, *ter*

Agnus Dei...

Sequitur commendatio.

Ant. Subvenite sancti Dei, occurrere angeli Domini, suscipientes animam (as) ejus (eorum), offerentes eam (eas) in conspectu Altissimi. *Ÿ.* Chorus angelorum eam (eas) suscipiat, et in sinu Abrahe eam (eas) collocet — In conspectu.

Oremus Tibi Domine commendamus animam (as) famuli (famule, famulorum) tui (tue, tuorum), ut defunctus (ta, ti) seculo tibi vivat ; et quę per fragilitatem mundane conversationis peccata admisit, tu venia misericordissime pietatis absterge. Per Xrum.

Oratio

Misericordiam tuam, Domine sancte pater omnipotens ęterne Deus, pietatis affectu rogare pro aliis cogimur, qui pro nostris supplicare peccatis nequaquam sufficimus ; tamen de tua confisi gratuita pietate et inolita benignitate, clementiam tuam deprecamur, ut animam famuli (le) tui (tue) ad te revertentem cum pietate suscipias ; assit ei angelus testamenti tui Mychael, et per manus sanctorum angelorum tuorum inter sanctos et electos tuos in sinibus

Abrahe, Ysaac et Jacob patriarcharum tuorum eam (eas) collocare digneris, quatinus liberata (e) de principibus tenebrarum et de locis penarum, nullis jam prime nativitatis vel ignorantie aut proprie iniquitatis seu fragilitatis confundatur (confundantur) erroribus, sed potius agnoscatur (cantur) a tuis, et sancte beatitudinis requie perfruatur (antur) ; atque cum magni iudicii dies advenerit, inter sanctos et electos tuos resuscitata (te), gloria manifestate contemplationis tue perpetuo sacietur (sacientur). Per Xristum.

Si aliquantulum supervixerit, canantur alii psalmi vel XV gradus quousque anima absolvatur corpore. In cujus egressu dicatur :

An. Suscipiat eam (eas) Xristus, qui vocavit eam (eas), et in sinu Abrahe angeli deducant eam (eas) *psalm.* In exitu.

Oratio. Omnipotens sempiterne Deus, qui humano corpori animam ad similitudinem tuam inspirare dignatus es, dum te iubente pulvis in pulverem revertitur, tu imaginem tuam cum sanctis et electis tuis eternis sedibus precipias sociari, eamque ad te revertentem de Egypti partibus blande leniterque suscipias, et angelos tuos sanctos ei obviam mittas, viamque iusticie illi demonstres et portas glorie tue aperias. Repelle quesumus ab ea omnes principes tenebrarum, et agnosce depositum fidele quod tuum est. Suscipe Domine creaturam tuam, non ex diis alienis creatam sed a te solo Deo vivo et vero, quia non est alius Deus preter te Domine et non est secundum opera tua. Letifica clementissime Deus animam (as) famuli (lorum) tui (tuorum), et clarifica eam (eas) in multitudine misericordie tue ; ne memineris, quesumus, iniquitatum ejus (earum) antiquarum et ebrietatum quas suscitavit furor mali desiderii. Licet enim peccaverit (rint), tamen te non negavit (verunt), sed signo fidei insignitus (ti) te, qui omnia et eum (eos) inter omnia fecisti, fideliter adoravit (verunt). Qui vivis.

An. Chorus angelorum eam (eas) suscipiat et in sinu Abrahe eam (eas) collocet, ut cum Lazaro, quondam paupere, eternam habeat (beant) requiem.

Psalm. Dilexi quoniam *usque* Ad Dominum.

Oratio Diri vulneris novitate perculsi, et quodammodo cordibus sauciati, misericordiam tuam mundi redemptor flebilibus vocibus imploramus, ut cari (carorum) nostri (nostrorum) animam (as) ad tuam clementiam, qui fons pietatis es, revertentem (tes) blande leniterque suscipias, et quas ille ex carnali commercio contraxit maculas, tu Deus inolita bonitate clementer deleas, pie indulgeas, oblivioni imperpetuum tradas, atque hanc, laudem tibi cum ceteris

reddituram (ras) et ad corpus quandoque reversuram (ras), sanctorum tuorum cetibus aggregari precipias. Qui cum Patre...

Pater noster... Et ne nos...

Requiem eternam dona...

Non intres in iudicium cum servo tuo Domine.

Credo videre...

A porta inferi...

Domine exaudi orationem...

Oratio. Partem beatę resurrectionis optineat (neant), vitamque eternam cum sanctis habere mereatur (mereantur) in celis, per te Jhesu Xriste salvator mundi, Qui vivis et regnas...

Alia Deus cui soli competit medicinam prestare post mortem, presta quesumus, ut anima famuli tui, terrenis exuta (e) contagiis, in tue redemptionis partem numeretur (rentur).

Alia Absolve Domine animas fratrum et sororum nostrarum et omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum ; ut in resurrectionis gloria inter sanctos tuos resuscitati respirent. Per Xristum...

Tunc lavetur corpus et vestiatur et antequam efferatur de domo dicatur hæc oratio.

Dominus vobiscum...

Suscipe Domine animam servi tui (ancille tue), quam de ergastulo hujus seculi vocare dignatus es, et libera eam de principibus tenebrarum et de locis pęnarum ; ut absoluta omnium vinculo peccatorum, quietis ac lucis eterne beatitudine perfruantur, et inter sanctos et electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Per Christum...

Tunc portatur in ecclesiam, decantando R. Libera me Domine cum collecta.

Inclina Domine aurem tuam ad preces nostras quibus misericordiam tuam supplices deprecamur, ut animam famuli (e) tui (e), quam de hoc seculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas, et sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Xristum...

Sequitur missa. Qua finita, stans sacerdos juxta feretrum, dicit hanc orationem :

Non intres in iudicium cum servo (ancilla) tuo (a) Domine, quoniam nullus apud te justificabitur homo nisi per te omnium peccatorum tribuatur remissio. Non ergo eum (eam) tua, quesumus, judi-

cialis sententia premat, quem (quam) tibi vera supplicatio fidei xristianę commendat ; sed gratia tua illi succurre, mereatur evadere iudicium ultionis, qui (e) dum viveret insignitus (a) est signaculo Trinitatis. Per Xristum...

Subvenite sancti Dei, ♯. Chorus angelorum eam.

Kyrieleyson, Xristeleyson, Kyrieleyson.

Oratio

Deus cui omnia vivunt, et cui non pereunt moriendo corpora nostra sed mutantur a) in melius, te supplices deprecamur : ut quidquid anima famuli (e) tui (e) viciorum tuęque voluntati contrarium, fallente diabolo et propria iniquitate atque fragilitate, contraxit, tu pius et misericors abluas indulgendo, eamque suscipi jubeas, per manus sanctorum angelorum tuorum deducendam b) in sinum patriarcharum tuorum, Abraham scilicet amici tui et Ysaac electi tui atque Jacob dilecti tui, quo aufugit dolor et tristitia atque suspirium, fidelium quoque animę felici jocunditate letantur, et in novissimo magni iudicii die inter sanctos et electos tuos eam facias perpetue glorię percipere porcionem, quam oculus non vidit et auris non audivit et in cor hominis non ascendit quam preparasti diligentibus te. Per Xristum...

R. Antequam nascerer novisti me, et ad imaginem tuam Domine formasti me ; modo reddo tibi creatori animam meam, ♯. Commissa mea Domine pavesco, et ante te erubesco ; dum veneris iudicare noli me condemnare — Modo.

Kyrieleyson...

Oratio

Fac, quesumus Domine, hanc cum servo (ancilla) tuo (a) defuncto (a) misericordiam, ut factorum suorum in penis non recipiat vicem, qui (e) tuam in votis tenuit voluntatem ; et quia hic illum (am) vera fides junxit fidelium turmis, illic eum (am) tua miseratio societ angelicis choris. Per Dominum nostrum...

Hic moneatur populus orare pro eo.

Pater noster. Et ne nos...

A porta inferi...

Oratio Inclina, Domine, aurem tuam ad preces nostras (*require retro*).

a) Deux premières lettres barrées par trait rouge.

b) Fautif *deducenda*.

Tunc elevatum teneatur in eodem loco feretrum, donec per cantetur hoc. R. Ne derelinquas me. V. Apprehende arma a).

Hoc finito, portetur ad sepulcrum decantando antiphonam :

Aperite illi portas justicię, ut ingressus in eas confiteatur Domino.
Ps. Confitemini Domino...

Oratio

Pie recordationis affectu, fratres carissimi, commemorationem faciamus b) cari (e) nostri (e), quem (am) Dominus de temptationibus hujus seculi assumpsit, obsecrantes misericordiam Dei nostri ut ipse ei tribuere dignetur placidam et quietam mansionem, et remittat omnes lubricę temeritatis offensas ; ut concessa venia plenę indulgentię, quicquid in hoc seculo proprio vel alieno reatu deliquit, totum ineffabili pietate ac benignitate sua deleat et abstergat. Quod ipse prestare dignetur qui cum Deo patre.

A. Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei. Ps. Quemadmodum.

Oratio

Obsecramus misericordiam tuam, omnipotens ęterne Deus, qui hominem ad imaginem tuam creare dignatus es, ut animam famuli (e) tui (e), quam hodierna die rebus humanis eximi et ad te accessiri jussisti, blande et misericorditer suscipias ; non ei dominantur umbrę mortis nec tegat eam chaos et caligo tenebrarum, sed exuta omnium criminum labe, in sinu Abrahe patriarchę c) collocata, locum lucis et refrigerii se adeptam esse gaudeat, et cum dies judicii advenerit cum sanctis et electis tuis eam ressuscitari facias. Per d).

A. Qui posuit e) animam suam ad vitam suscipiat te cum sanctis suis, et faciat tecum misericordiam.

Ps. Jubilate Deo omnis terra psalmum...

Oratio Deus apud quem mortuorum vivunt spiritus, et in quo electorum animę deposito carnis onere, plena felicitate letantur, presta supplicantibus nobis : ut anima famuli (e) tui (e), quę temporali per corpus visionis hujus luminis caruit visu, eterne illius lucis solatio potiat ; non eam tormentum mortis attingat, non dolor

a) Notation musicale in campo aperto du IV mode. Au dessus de *Ne derelinquas* une main postérieure a tracé en petites cursives : *non dicitur*.

b) On a effacé la lettre *a* de faciamus.

c) Mots en marge autre main mais du XII^e s.

d) En face de ce passage, dans la marge droite, d'une main postérieure : *Hic ponatur in sepulcrum dicendo : Hec requies mea — Memento Domine David.*

e) Au dessus de ce mot, d'une autre main : *non dicitur*.

horrende visionis afficiat, non penalis timor excruciet, non reorum proxima cathena constringat ; sed concessa sibi venia delictorum omnium, optate quietis consequatur gaudia repromissa. Per.

Hic a) ponatur in sepulchro, cum aqua benedicta et odore incensi.

A. Hęc requies mea in seculum seculi, hic habitabo quoniam elegi eam. Ps. Memento Domine David.

Oratio Oremus, fratres Kasissimi, pro spiritu cari (e) nostri (e), quem (quam) Dominus de laqueo hujus seculi liberare dignatus est, cujus corpusculum hodie sepulture traditur, ut eum pietas Domini in sinu Abrahe, Ysaac et Jacob collocare dignetur ; et cum dies iudicii advenerit, inter sanctos et electos suos eum (eam) in parte dextera collocandum resuscitari faciat, prestante Domino nostro Jhesu Xristo, qui cum eo in unitate Spiritus Sancti vivit et regnat...

Alia

Deus qui iustis supplicationibus semper presto es, qui pia vota dignaris intueri, da famulo (e) tuo (e), cujus depositioni hodie officia humanitatis exhibemus, cum sanctis et fidelibus tuis beati muneris portionem. Per...

Alia

Deus vite dator et humanorum corporum reparator, qui te a peccatoribus exorari voluisti, exaudi preces quas speciali devotione pro anima famuli (e) tui (e) tibi lacrimabiliter fundimus ; ut liberare eam ab inferorum cruciatibus et collocare inter agmina sanctorum tuorum digneris, veste quoque celesti et stola immortalitatis indui, et paradysi amenitate confoveri jubeas. Per...

Pater noster... Et ne nos...

Hic moneatur populus orare pro eo, et operiatur corpus terra.

A. De terra plasmasti me et carnem induisti me, redemptor meus Domine, resuscita me in novissimo die. Ps. Domine probasti me...

Oratio

Deus qui humanarum animarum eternus amator es, animam famuli (e) tui (e), quam vera dum in corpore maneret tenuit fides, ab omni cruciatu inferorum redde extorrem ; ut segregata ab infernalibus claustris, sanctorum mereatur adunari consortiis. Per...

a) Au dessus de ce mot : *non dicitur* avec renvoi à une note postérieure en marge droite en face de l'antienne *Hic requies : Hic... dicendo an. De terra, Domine probasti.*

Alia

Deus qui justis supplicationibus semper presto es, qui pia vota dignaris intueri ^{a)}, qui universorum es conditor et redemptor, misericordia quoque peccatorum et tuorum beatitudo sanctorum, da famulo (e) tuo (e), cujus depositioni hodie officia humanitatis exhibemus, cum sanctis et electis tuis beati muneris portionem, eumque (eamque) a corporeis nexibus absolutum (am) in resurrectione electorum tuorum facias presentari. Per...

A. Tu jussisti ^{b)} nasci me Domine, tu promisisti michi ut resurgerem, in jussu tuo venio, sancte, ne derelinquas me quia pius es. Ps. Domine exaudi.

Oratio

Temeritatis quidem est, Domine, ut homo hominem, mortalis mortuum, cinis cinerem tibi Domino Deo nostro audeat commendare ; sed quia terra suscipit terram et pulvis convertitur in pulverem, donec omnis caro in suam redigatur originem ; inde tuam, Deus piissime pater, lacrimabiliter quesumus pietatem, ut hujus famuli (e) tui (e) animam, quam de hujus mundi voragine cenulenta ducis ad patriam, Abrahę amici tui sinu recipias, et refrigerii rorę perfundas ; sit ab estuantis gehennę incendio segregata, et beatę requiei te donante conjuncta, et quę illi sunt, Domine, dignę cruciatibus culpe, tu eas gratia mitissimę lenitatis indulge, nec peccati recipiat vicem, sed indulgentię tuę piam sentiat bonitatem ; cumque finito mundi termino, supernum cunctis illuxerit regnum, novus (a) hominum sanctorum tuorum omnium cetibus aggregatus (a), cum electis tuis resurgat in parte dextera coronandus (a). Per...

Alia

Debitum humani corporis sepeliendi officium fidelium more complentes, Deum cui omnia vivunt fideliter deprecemur, ut hoc corpus cari (e) nostri (e) a nobis in infirmitate sepultum, in ordine sanctorum suorum resuscitet ; et ejus spiritum sanctis ac fidelibus aggregari jubeat, cum quibus inenarrabili gloria et perhenni felicitate perfrui mereatur, prestante domino nostro Jhesu Christo, qui cum eo vivit et regnat in unitate spiritus Sancti Deus...

Hic fiat ei absolutio et omnibus fidelibus defunctis.

Pater noster... Et ne nos...

a) Cette partie de l'oraison a été exponctuée dans la suite comme faisant double emploi avec une précédente, jadis de rechange, puis imposée avec toutes les autres.

b) En face, dans la marge droite : *Non dicitur.*

Requiem eternam...

A porta inferi...

Credo videre...

Domine exaudi...

Oratio

Partem beatę resurrectionis optineat, vitamque eternam cum sanctis habere mereatur in celis, per te Xriste Jhesu...

Ps. Miserere mei Deus.

Oratio

Absolve, quesumus Domine, animam famuli (e) tui (e) et animas omnium fidelium defunctorum ad omni vinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter sanctos tuos resuscitati respirent. Per...

Requiescat in pace. Amen.

Codex 469 de la bibliothèque municipale de Metz, fol. 85-89.

II.

Messe obséquiale du XII^e siècle d'après un missel provenant vraisemblablement d'une abbaye prémontrée du nord de la France.

Intr. Si enim credimus quod Jhesus mortuus est et resurrexit, ita et Deus eos qui dormierunt per Jesum adducet cum eo. *Ÿ.* Et sicut in Adam omnes moriuntur ; ita in Christo omnes vivificabuntur. *Ÿ.* Requiem eternam dona eis Domine et lux perpetua luceat eis.

Or. Adesto, quesumus Domine, propitius anime famuli tui cui, in die depositionis sue officium commemorationis impendimus ; ut si qua ei secularis macula inhesit, aut vicium mundiale infecit, dono tue pietatis indulgeas et abstergas. Per... ¹⁾.

Alia Quesumus Domine famulo tuo, cujus obitus sui diem commemoramus, sanctorum atque electorum tuorum largire consortium, et ei rorem misericordie tue perhennis infunde. Per...

Ep. Nolumus vos ignorare...

Gr. Si ambulem in medio umbre mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es Domine. *Ÿ.* Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt. — Quoniam tu...

Tract. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum...

Ev. Dixit Martha ad Jhesum...

1) Cette oraison figure, avec quelques minimas variantes, comme collecte à dire in *die depositionis* à l'issue des vêpres de l'office des défunts dans le Codex de Leffe, fol. 89^v.

Off. O pie Deus, qui primum hominem ad eternam gloriam revocasti, pastor bone qui ovem perditam pio humero ad ovile reportasti, juste judex, dum veneris judicare, libera de morte animas eorum quas redemisti. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi, ne derelinquas eas in finem. *Ps.* Domine Jhesu Christe judex mortuorum, una spes mortalium, qui moriens morientium condoluisti interitui, ne intres in judicium cum servis et ancillis tuis, ne dampnentur cum impiis in adventu tui districti judicii. — Ne tradas. *Ps.* Hostias et preces tibi, Domine, laudis offerimus ; tu suscipe pro animabus illis quarum hodie memoriam facimus ; fac eas Domine de morte transire ad vitam. — Ne tradas.

Sec. Adesto Domine supplicationibus nostris, et hanc oblationem quam tibi offerimus pro anima famuli tui, cujus depositionis diem commemoramus, placatus ac benignus assume. Per...

Com. Pro quorum memoria corpus Christi sumitur, dona eis Domine requiem sempiternam ; et lux perpetua luceat eis. Pro quorum memoria sanguis Christi sumitur, dona eis Domine requiem sempiternam.

Postc. Omnipotens sempiterne Deus, collocare dignare corpus et animam famuli tui, cujus depositionis diem celebramus, in sinu Abrahe, Ysaac et Jacob ; ut cum dies agnitionis tue advenerit, inter sanctos et electos tuos eum resuscitari precipias. Per...

Bibliothèque nationale de Paris, fonds latin, codex 333, fol. 295^v-296^v.

III.

Extraits de l'Ordinaire de Munich, rédigé à la fin extrême du XII^e siècle.

Quomodo agatur circa defunctum.

Cum aliquis morti penitus propinquaverit, et ad terram super sagum seu cilicium positus, in agonia constitutus fuerit, tabula pulsata, fratres qui in monasterio sunt, intermissis aliis operibus, ad morientem velociter accurrant, pro tempore et situ locorum et dispositione abbatis, dicentes *Credo in Deum, Pater noster*, ut morienti suis orationibus subveniant. Dicta itaque letania, si adhuc vixerit, dicantur VII psalmi penitentiales ; quod si obierit, aspergatur aqua benedicta, cruce cum cereis ibidem prefixa, et statim a prelado fiat commendatio. Qua completa, corpus si opus fuerit abluatur et invol-

vatur, et interim aliqui fratrum, seorsim a defuncto ordinati, quot possint in psalmis persolvant. Abluto corpore si necesse fuerit, et super feretrum collocato, prelatus, superpellicio, stola et cappa indutus, cum ministris aquam benedictam, lumen et thuribulum et crucem gestantibus, ad corpus accedat, et aspersum thurificet, cantante interim conventu psalmo *Miserere* ; quo finito, dicatur *Pater noster*, et sacerdos collectam *Suscipe* antequam a domo efferatur compleat. Deinde, imponente cantore responsorium *Libera me*, cum processione efferatur corpus in ecclesiam, tali ordine ut ministris, que supra dicta sunt preferentibus, conventus clericorum subsequatur, post quos abbas indutus incedat ; post quem quatuor fratres defunctum sustollant, conversi conversum, clerici clericum, post ipsos vero conventus laïcorum subsequatur. Quod si, abbate presente vel absente, alius obsequium fecerit, post crucem eat. Deposito itaque corpore defuncti in ecclesia, tam clerici quam laïci eodem loco responsorium compleant, percantatis tot versibus quot in via sufficere potuerint. Deinde, dicto *Pater noster* sine *Kyrie*, subjungat sacerdos collectam *Absolve Domine* ; post eam, statim fiat commendatio, ita tamen si antea commendationi morientis, qualibet ex causa, conventus adesse non potuerit. Crux vero ad pedes defuncti statuatur, et duo cerei super candelabra, unus ad caput, alter ad pedes accendantur. Postea vigilie, si dies et tempus permiserit, pro defuncto cantentur ; in quibus invitatorium *Regem cui omnia vivunt* duo cantent, et lectiones de sermone sancti Augustini *Quando celebramus*, sed non nisi in presentia funeris tantum, recitantur. Que si tunc persolvi non potuerint, in crastinum, sive [quam] cicius facultas fuerit, persolvantur. De reliquo autem psalmore obsequio, pro qualitate loci et temporis disponatur, hoc ordine ut prior disponat aliquos ex fratribus qui vigilent circa corpus ante et post matutinas, et psalmos cantent, eodem modo pro laico sicut pro clerico. Notandum vero quod in fine 1^a psalmore semper *Requiem* eternam subjungitur, et dicto *Pater noster*, tres lectiones de vigiliis cum responsoriis secuntur ; post ultimas autem lectiones, dicto versiculo *Audiui vocem* et *Pater noster*, una specialis collecta pro defuncto, alia generalis pro ceteris fidelibus compleatur.

De missa pro defuncto cantanda.

Si ea hora quis obierit ut missam habere possit, ipsa die tradi poterit sepulture ; si autem missam habere non potuerit, usque in crastinum custodiatur, nisi forte alicujus tumoris vel fetoris corruptio obstiterit, hac enim de causa et extra ecclesiam ad ostium

collocari, et cicius sepeliri debebit. Missa autem pro presenti defuncto ante capitulum non cantetur, sed statim post primam capitulum tenebitur, deinde sacerdotibus privatas missas cantantibus, cum ad chorum redierint, missa pro eo celebretur. In qua videlicet missa *Requiem eternam* tantum ad introitum, ad offerendam *Domine Jhesu Christe*, ad communionem *Lux eterna* cantabitur ; graduale *Si ambulem* a duobus, et tractus *Sicut cervus* a choro alternatim cantari poterit ; epistola *Nolumus vos* cum evangelio *Dixit Martha* legetur...

Quo ordine efferatur ad tumulum.

Missa celebrata, prelatus casula exutus, induatur cappa super albam, cum baculo pastorali, et omnibus sacerdotibus in superpelliciis et stolis circum astantibus, stans juxta feretrum ad caput defuncti, cantore coram eo librum tenente, incipiat *Non intres in judicium*, diaconus autem ad dexteram, subdiaconus ad sinistram ejus, sicut ad missam induti assistant ; alii quoque ministri tenentes aquam benedictam, lumen, thuribulum et crucem, ad caput defuncti coram eo stent ordinati, ceteri autem fratres stent in choro ordinati, convertantur ad alterutrum. Finita autem prima oratione, cantor incipiat responsorium *Subvenite sancti* cum versu *Chorus angelorum*, quem duo fratres, a cantore premoniti, ibidem in medio cantare poterunt ; qui etiam subjungant *Kyrie, Xriste*, conventu ad singula respondente ; ultimum *Kyrie*, ipsis incipientibus, chorus alta voce simul compleat. Interim vero dum cantatur responsorium, prelatus corpus thurificare poterit, et post *Kyrie* aliam collectam subjungat ; post quam sequitur responsorium *Antequam*, cum versu *Commissa*, quem cantent qui supra, cum *Kyrie* ut supra, prelato interim corpus thurificante. Postea, dicta alia oratione, sequitur *Pater noster*, et interim corpus aqua benedicta aspergat et thurificat si ante non fecerit. Cum autem post *Pater noster* collectam compleverit, imponente cantore antiphonam *Aperite illi*, precedentibus ministris cum his que gestant in manibus, exeant fratres ordine suo, psalmum *Confitemini* cantando. Quatuor autem fratres, cappis exutis, corpus sustollant, conversi conversum, clerici clericum. Et prelatus, cum diacono et subdiacono, et ministris, aquam benedictam et thuribulum gestantibus, ad caput fosse ordinentur ; qui vero crucem et lumen ferunt stent ad pedes, versa crucis ymagine ad eos qui ad caput assistunt. Qui vero corpus portant ponant illud juxta sepulchrum, usque dum incepta antiphona *Hec requies*, deponant in tumulum, prelato interim corpus ad fossam aspergente

et thurificante, quod et ille qui est in fossa, accepto thuribulo, thurificet. Quo operto, incepta antiphona *De terra plasmasti me*, prelatus, accepto sarculo, terram super corpus tercio proiciat ; deinde ceteris terra corpus tegentibus, orationes ut in libro habentur compleat. Quibus completis, cantatur antiphona *Clementissime Domine*, et in fine, cum dicitur *Domine miserere super peccatore*, accipitur venia flexis genibus, nisi pluvia prohibuerit. Sequitur *Pater noster* cum collecta *Absolve Domine*, deinde pro quiescentibus in cimiterio psalmus *Miserere, Pater*, collecta *Deus in cujus, Dominus vobiscum, Anima ejus et anime omnium fidelium...* Statim, inceptis VII^{en} psalmis in chorum redeant et eos prostrati percantent, prelatus cum ministris super tapetia, deinde sacerdotes singuli post eos in ordine suo super formas ; sequitur *Pater noster*, collecta *Satisfaciat*, premissa versu *A porta inferi*.

Bibliothèque de Munich, codex n. 17174, fol. 94^{vo}-96^r.

IV.

Extraits des « Consuetudines Premonstratenses », rédigées vers la fin extrême du XIII^e ou le début du XIV^e siècle.

In presentia funeris, post offertorium misse, sacerdote thurificato et altari, descendit dyaconus ad pheretrum, prius crucem ibi affixam deinde feretretrum circumeundo thurificet, postea subdyaconum.

Ad sepulturam non portantur candelabra sed lumen in lanterna. Cum effertur mortuus, antiphona *Aperite* incipitur sed ante psalmum non cantatur ; antiphone tamen alie sequentes et ante psalmum et post tote cantantur.

Codex n. 3956-60 de la Bibliothèque Royale à Bruxelles, fol. 94.

V.

Extraits du « Nonus Ordinarius » édité durant le premier tiers du XIV^e siècle.

De unctione extrema.

Quando aliquis infirmitate aggravatur ita quod necesse habeat unctionem extremam recipere, si canonicus fuerit, conventus cum

processione ad eum ungendum debet ire, ita quod prior, absente abbate, indutus cappa solempni, et unus dyaconus ferens unctionem, et quatuor alii ministri, unus ferens crucem et alii duo ferentes candelabra et quartus aquam benedictam procedant. Ad conversum vel ad quemlibet alium laycum, unus sacerdos et unus dyaconus et tres alii ministri officium unctionis possunt adimplere.

De officio mortui.

Quando aliquis morti penitus traditur, corpus aqua benedicta aspergatur. Corpore sepulto et super feretrum collocato, tabula et major campana tribus ictibus per intervalla pulsatur. Tunc fratres qui in monasterio sunt, audito signo, intermissis omnibus aliis operibus, ad defunctum velociter veniant, dicentes ibidem *Credo in Deum* et *Pater noster*. Interim prelatus, superpellicio et stola et cappa festivi indutus, cum quinque ministris post aquam benedictam, duo alii ferentes candelabra, unus thuribulum et unus crucem, conventu vero sequente ad corpus accedunt sicut in labore, et aspersa aqua benedicta, thurificet cantando *Miserere mei Deus*. Ad conversum vero defunctum non portantur cerei, neque tabula pulsatur, sed portatur lucerna cum lumine. Ad alium quemque defunctum non portantur cerei, neque tabula pulsatur, neque campana plenarie pulsatur, sed aliquos paucos ictus possunt pulsari ad convocandos conversos.

Quando corpus defuncti in ecclesia collocatum est, si canonicus fuerit aut conversus, seu etiam frater vel soror ad succurrendum, commemoratio pro eo fiet; pro alio vero defuncto media commemoratio fieri debet. Postea missa cantatur, si hora fuerit ut possit cantari. Ad quam tres ministri debent servire, ita quod debent duo ferre duos cereos, alter vero thuribulum. Similiter in missa *Si ambulem* a duobus sacerdotibus cantatur, postea tractus *Sicut cervus*, si tamen pro canonico vel converso nuper defuncto, seu etiam pro sorore nostra de Bonolie, aut si fuerit de societate nostra sicut de Brana et aliis locis, missa fuerit. Pro fratribus vero et sororibus ad succurrendum vel aliquibus aliis defunctis missa si fuerit, sive in presentia funeris fuerit sive non, graduale *Requiem* et tractus *De profundis* cantantur.

Semper in presentia funeris, quando missa incipitur, campane de choro pulsantur. In presentia funeris non portantur cerei ad missam nisi major commendatio precesserit, sed tantum lucerna et thuribulum portantur. Cum autem in Ordinario sit scriptum quod missa pro presenti defuncto ante capitulum non cantetur, hoc so-

lummodo de canonicis intelligendum est. De aliis vero, sive fratres sive sorores ad succurrendum fuerint sive non, sive etiam conversi, missa et totum officium ante capitulum pro eo potest adimpleri.

Si aliquis canonicus ea hora obierit quod in eadem die missam habere non poterit, usque in crastinum custoditur, nisi forte alicujus feteris vel corruptionis timor obstiterit. Hac enim de causa, et extra ecclesiam ad ostium collocari et citius sepeliri debet. Quod de aliquo loco custodia illa non est facienda, sed quacumque hora usque ad collationem quis obierit, si conversus vel frater ad succurrendum, aut etiam soror fuerit vel non ad succurrendum, si presens corpus fuerit, facta commendatione sepulture traditur, et cooperitur assere vel virgis connexis. Missa vero et vigilie quam citius tempus affuerit diligenter adimpleantur.

Pro fratribus vero et sororibus ad succurrendum, vel quibuslibet aliis, antiphona *Clementissime* et septem psalmi in reditu non cantantur.

Quando canonicus defunctus ab ecclesia portatur ad fossam, duo ministri ferant duos cereos ante crucem, quod ad aliquem alium non est faciendum nisi fuerit aliqua magna persona, et hoc fit ob reverentia parentum.

De novo etiam ordinatum est quod duo cantores regant chorum ad missam canonicorum defunctorum, et duo sacerdotes cantent primum versum *Sicut cervus*, deinde alii duo sacerdotes qui cantaverunt graduale secundum versum, cantores vero ultimum. Et post missam debent cantare versum...

Codex en provenance de l'abbaye du Parc, conservé présentement à l'abbaye d'Averbode, fol. 32-34^v.